



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap CL. De Bello fratrum de redino & destructione civitatis ibidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CL.

Bellofratrum de Redino & destructio-
nec civitatis ibidem.

Nullo posset ad plenum scribere vel dictare, quanta Fratres & Burgienses de Redino infra secundam apastasiam passi sunt pro defensione fidei Christianæ à Pruthenis, quia per illum locum quasi continuè fuit introitus & exitus ipsorum ad terram Colmensem. Referunt quidam, quod civitas de Redino duabus vicibus fuerit expugnata, captique & occisi, quicunque reperti fuerant homines ibidem.

CAP. CLI.

Morte quorundam infidelium.

DE Redino quidam & Martinus de Golin equitantes in solitu-
dine ad videndum, si aliquid à casu occurreret eis, incæpe-
runt in via errare, & in illo errore de tribus Viris Pruthenis oc-
currentibus eis duos occiderunt, tertium ut eos ad viam rectam
duceret conservantes, qui duxit eos in terram inimicorum, cu-
jus dolum dum viderent, occiderunt eum, & cum festinatione
recedentes, à quinque Pruthenis equitibus ipsos sequentibus
comprehensi sunt & ligati, commissisque custodiæ duorum.
Sed tres Prutheni alii eqvum illius fratrī, qui effugerat, sunt se-
cuti. Quo facto, dum isti duo Martinum ligatum vellent e-
vaginato gladio decollare, ipse svasit eis, ut prius ei vestes exue-
rent, ne sangvine macularentur, cui consentientes, dum Brachia
Mar-